



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

IIX. De schismaticis, & ordinatis ab eis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

cip. hæret. vel Iud. vel paga. bab. l. 1.  
VI. In diebus dominicæ Passionis produc-  
publicum vetantur. c. in nonnullis. 13.  
diebus. VII. In die parasceves cogun-  
bere ostia & fenestras clausas. c. 4. IIIX.  
habent cum Christianis jus connubii. 13.  
c. cave 15. & seq. & C. h. t. l. 6. imo co-  
convivia & consortium Christiani vita-  
bent. eod. q. c. saepe 12. & cann. seqq.  
quem Christianum circumcidant, vel ad  
religionem traducere conentur, co-  
pœna afficiuntur. C. hoc tit. l. 16. & l. 18.  
dubito, quin ultimo supplicio afficiendis  
qui Christiana religione deserta, ad Jea-  
nissimum transit. §. Ex his peenis quadam  
Saracenos seu paganos producuntur, ve-  
ne Christianum mancipium habeant. 14.  
& C. ne hæret. vel Iud. vel pagan. Christ.  
cip. bab. l. 2.

*VII. De hæreticis.*

**Q**uartum crimen est hæresis, de qua di-  
tit. C. de hæreticis.

*IX. Deschismaticis, & ordinatis  
ab eis.*

**Q**uintum crimen est schisma, quod scilicet  
ram significat a Græco verbo σχισμα  
quod scindere ac dividere significat, quia  
schismatici dividunt unitatem Ecclesie. 14.

1. c. schisma. 33. a cuius vinculo se separant  
q. I. c. Novatianus. 6. §. Itaque schisma<sup>2</sup>  
& hæresis definitione differunt: sed subjecto  
tere non differunt: quoniam hæretici sibi  
falsa dogmata confingunt, schismatici se ab  
Ecclesia separant: cæterum schismatici ali-  
quam hæresin confingere solent, ut recte ab  
Ecclesia recessisse videantur. 24. q. 3. c. inter  
heresin. 26. §. Pœnæ schismaticorum hæ sunt.<sup>3</sup>  
I. Jactura salutis æternæ: quia tales nec vin-  
culis peccatorum absolvī, nec januam pos-  
sunt regni coelestis ingredi. 24. q. I. c. quicun-  
que 26. & neque Baptismus, neque eleemo-  
nya, neque martyrium eis prodesse potest,  
quo minus æternum ignem cum diabolo &  
angelis ejus patientur. *Sup. de hæret. cap. 3.*  
II. Depositio, excommunicatio, & bonorum  
confiscatio. *Inf. lib. 6. c. un. & dist. 23. c. in no-*  
*mine Domini.* III. Qui sponte juramentum  
de tenendo schismate præstiterunt, a sacris  
ordinibus & dignitatibus suspenduntur. *c. i.*  
*in fin.* IV. Ordinationes, & beneficiorum  
collationes, & rerum Ecclesiasticarum alie-  
nationes per schismaticos factæ, irritæ sunt.  
*cap. 1.* ideoque ordinari a schismaticis repel-  
lantur ab officio, nisi cum eis dispensaverit,  
qui dispensandi potestatem habet. *cap. 2.* Ad  
hanc quartam pœnam respicit posterior ru-  
bricæ pars, quæ est de ordinatis a schisma-  
ticis.

IX.